

Johann Quistorp

Quomodo Theologiae Studiosus In Studio Theologico versari debeat Brevis Manuductio

Rostochi[i]: Hallervordius, 1643

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738015172>

Druck Freier  Zugang



Vert. v. P. Dreier

Joh. Christoffel
R. U. theol. 1643.

Quomodo
THEOLOGIAE STUDIOŒSUS
IN
STUDIO THEOLOGICO
versari debeat

Brevis Manuductio

JOHANNIS QVISTORPII D.
& Theol. Facult. Rostochii
Senioris.



Rostochi

Apud Johannem Hallervordium, Bibliopolam,

Anno 1643.





*Eximius, ad Theologia cognitionem
serio contendentibus.*

VIRIS. JUVENIBUS

M. Michaeli Cobabo.
M. Andreae Lohewel.
M. Johanni Henrico
Wagnero.
Luca Falckenreich.
Johanni Cröchelio.
Georgio Bursenio.
Siegfried Sivers.
Casparo Spalckhaver.
Hinrico Fischbeck.

M. Hermanno Schuck
mann.
Hinrico Clingio.
Johanni Hempelio.
Hinrico Lepler.
Johanni Schröder.
Johanni Hallervord.
Johanni Quistorp.

Convidoribus meū

Rostochiensibus, Popula-
ribus, & filio

dilectis

Johannes Quistorp. D



DUO à Theologiæ Studioſo, præter linguarum & ſcientiarum illam, quæ ad hæc ſtudia neceſſaria eſt, cognitionem, & juges preces requiruntur:

PRIMÒ familiaria ſibi reddat Biblia.

SECUNDÒ Locorum Theologicorum accuratam habeat notitiam.

Ut familiaria ſibi reddat Biblia, hoc pacto procedat.

PRIMÒ, omnium librorum Biblicorum, prout illi in Codice ſacro inveniuntur, nomina memoriæ commendet, & quem quibet ſequatur accurate recitare ſciat. Deindè quot cujuſq; libri capita ſint, cum noviſſe oportet. Hæc ubi cognita habet, ad ipſam lectionem accedat. Eligat primò libros Hiſtoricos, reliquis intellectu faciliores. Libri auſpicaturus lectionem ex commentatore vel analytico quodam, qui ſummâ & generalem diſpoſitionem libri notavit, quid libro quoq; contineatur, diſcat: poſt ſe ad lectionem accingat. Quam non ſecundum capitum numerum inſtituet, ſed ſecundum rerum in libro contentarum diverſitatem; In ſectiones librum certas dividet, & ſingulis lectionibus unam pluresvè ſectiones, prout illæ breviores, prolixioresvè fuerit, abſolvet.

Sectionem unam vel membrum unum quando legendo abſolverit, bis terve lecta ſecum ruminabit: totiesque hoc iteretur, donec à memoriâ quæ legit, reddere poſſit.

Eodem modo & in ſecunda, tertia &c. ſectionibus verſetur: ubi hoc pacto per ſex ſeptimanæ dies legendo, ſe ſtatis horis exercuerit, dies ſeptimus non novæ lectioni legendæ, ſed repetitioni per ſextiduum lectorum, dicatus eſto, Eodem quoq; modo, quoties librum abſolverit,

) (2

totum

torum illum una lectione continuata releget, & à memoria, quæ legit, exiget. Postquam Historicos Libros legendo percurrit: Secundò ad libros sententiosos, cujusmodi sunt Proverbia Salomonis & Siracides, accedet, & in iis eodem, quo dixi, modo versabitur. Quoniam autè in his accurata Dispositio haberi non potest, quali quali contentus erit, & dispositionis defectum, crebriori repetitione compensabit. Psalmorum lectioni singulis diebus vacabit, ita ut cum precibus, Psalmos duos tresve conjungat. Post adeat libros Propheticos, & Epistolas Apostolica. Lectionis methodus eadem, quæ in prioribus. Illud generatim observabit: ex singulis capitibus libri cujusq; notandas esse sententias insigniores, easq; primo in librum chartaceum referendas, dein ex eo memoriæ infixendas.

DE LOCIS THEOLOGICIS.

Hic duo notentur. Vel enim utitur ab alio collectis; vel ipse eos suo Marte conficit.

Ab aliis collectis utens, certum sibi quendam Autorem (ut puta Hasenrefferum vel alium) eligat. In quo memoriæ infixendo ita versabitur.

Primò, loci cujusq; systema & structuram ex autore quem sibi eligit, & quæ, quibus connexa sint, notabit.

Secundò, definitiones & divisiones, prout illæ se insequuntur, & dictum unum, vel duo insigniora, quibus hæc astrauntur, ediscat.

Tertiò, quæstiones quæ his subjiuntur, cum dicto uno alteròve, quibus eæ firmiter probantur, memoriæ inscribat. In ipsa thesi seu affirmativa sola legenda tantisper versabitur, donec eam cognitam habuerit. Post ad Antitheseos lectionem accedet, & primo quæ quibus oppon-

ponantur notabit. Secundò, Quibus Antithesis ab Adversariis, sive dictis, sive rationibus, sive autoritatibus astruatur, Et quomodo eadem ab uno quodam ex insignioribus refellantur observabit. Toties illum, quem sibi elegit autorem leget relegetq̄, donec totum memoriæ impresserit. Memoriæ impressum è manibus non deponet, sed ne elabatur, quotidie teret. Antequam cum sibi cognitum reddiderit, ad lectionem aliorum scriptorum non transibit, ne lectionis multitudine & varietate obruatur. In eo erit, ut singulis diebus non tam multa, quam multum legat, lecta sæpissimè repetat.

Cubitum se collaturus ruminet, quæ de die legit & didicit. Locum unum ubi absolverit, ad secundum non transeat, nisi priorè relegendo & reperendo percurrerit.

Dispiciat sibi de familiari, cui lecta & observata recitare possit.

Quando se suum autorem ita inscripserit memoriæ arbitratus fuerit, ut ad aliorum lectionem se transire posse cum fructu censuerit, omnia quæ in aliis leget, ad loca quæstionesq̄ sibi cognititas referat.

Addo generale hoc:

Linguarum studia Theologiæ studioso minimè esse negligenda, sed illis, singulis diebus duas ad minimum horas concedat, matutinam unam, pomeridianam alteram, quarum hæc latinis & græcis potissimis Autoribus legendis, illa Hebrææ linguæ tribuatur. Sufficere hæc possunt studioso qui in eo est, ut Theologiæ sibi primam paret notitiam: Accuratiores omnia esse oportet in eo, qui aliquos in his studiis fecit progressus, & ad summa contendit. Is Hypperii librum de Theologo, aliorumq̄ de his consultat scripta:

Qui suo Marte Locos Communes conscripserit Theologicos, in materiam Theoreticam vel Practicam tractabit.

In

In Theoretica capita doctrinæ vel controverfa, vel non controverfa.

In Controversis doctrinæ capitibus consignandis & explicandis hic observetur ordo.

PRIMÒ status Controversiæ rectè formetur. Termini simplices, subjectum & Prædicatum diligentissime, ab omni ambiguitate liberentur, & quæ nostratum Ecclesiarum sit sententia, si fieri potest, verbis, vel ex libro Symbolico nostrarum Ecclesiarum, vel ex scripto magnæ autoritatis viri repetitis (Nota quoties incidis in autorem qui nostram hanc assertionem repetit, tractat, defendit, toties ejus ascribe nomen.)

SECUNDÒ affirmativæ subjiciantur, illam probantia argumenta, in quibus hic teneatur ordo. Initiò referantur dicta Scripturæ Vet. Nov. Test.

Deinde Rationes vel ex Scripturæ dictis, vel ejus cum aliis articulis fidei analogiâ deductæ.

Tertiò Autoritates 1. Conciliorum, 2. Veterum Ecclesiæ Doctorum, 3. Recentium, 4. Adversariorum, qui quandoq; veritati testimonium perhibent.

TERTIÒ Negativa seu contraria Adversariorum assertio, quæ ipsissimis illorum verbis proponatur. Adde Autorum nomina, apud quos eam legisti.

QUARTÒ Negativæ confirmatio, in qua idem observetur ordo, qui in confirmatione affirmativæ. 1. Dicta. 2. Rationes. 3. Autoritates.

QUINTÒ. Refutantur argumenta Negativæ. Si iis refutatis addi potest adversarius nobiscum sentiens, bene est, Suo enim adversarii configentur gladio.

SEXTÒ Argumenta Affirmativæ ab Impugnationibus adversariorum vindicentur. Quia autem variæ sædè adferuntur exceptiones, & illæ, & ad illas responsiones huc referantur.

En dabo in sequenti tabula typum;

Affirmati- va, seu or- thodoxa sententia.	Affirmati- væ proba- tio. per 1. Dicta.	Negativa vel Hete- rodoxa o- pinio Idem hic observe- tur, quod in Affir- mativâ in- dicatum.	Negativa probatio. Dicta.	Negativa Confuta- tio Dicta	Affirmati- væ defen- sio Dicta
Status for- metur.	2 Rationes & dictis		Rationes.	Rationes.	Rationes.
Termini explicen- tur.	3. Ex fidei analogia.				
Hic ho- monymia synono- mia, Ety- mologia.	4. Autori- tates & eis Concilia.		Autorita- tes.	Autorita- tes.	Autorita- tes.
Autorum nomina addantur apud quos quæ notas legeris.	Patres. Noſtri.				
	Adverſa- rii.				

His subjiciantur Axiomata, Regulae, distinctiones, quorum in quo capite usus.

Nota ad typum quem hic habes; Primò nolle me ut statim compingicures librum chartaceum, in quo cuilibet controversiæ singulas assignes paginas. Nam una controversia prolixior est altera, & ex singulis sex illis, quæ in typo præcedenti notavi capitibus, unum altero prolixius, & plus spatii requirit. Velim ergo quamcunque paginam in sex columnas, ut in typo videre est, dividi. Si fors una columna aut altera id non recipit, quod in ea notari debuit, sub ice illum erum paginæ alicujus novæ, ad quam te ipsum remittis. In hujus pa & 1^{na} frontispicio ascribatur numerus paginæ, quæ ea habet, quibus hæc debent addi.

Secun-

Secundò paginas disperfas diligentèr affervabis, ubi cenfes te fatif notaffe fuper illo capite controverfo in quo verfari: Tum tibi licebit notata repetito labore defcribere, ut fingula rectè in fequantur fingula, vel modo alio qui tibi commodiffimus videtur, compingantur

Tertiò non id volo, ut fingulas typi tui columnas continuato labore compleas, & abfolvas: fed prout inter legendum & meditando in hoc illudve incidere, quod primæ, fecundæ, tertiæ &c. columnæ debetur, eò referes.

Quartò ad folidam in his aspirans cognitionem, in fuper fcientiã hiftoriæ Ecclefiãfticæ fit in ftructus. V. Teftamenti, ex libris V. Teftamenti peti poteft. N. Teft. ex Actis Apoftolorum, & fcriptoribus Ecclefiæ. Notetur hic. Qui fuerint fingulis feculis imperatores. Qui patriarchalium fedium Epifcopi. Qui doctores potiffimi. Qui hæretici, quæ dogmatũ eorundè ortus & progressus, quæ hæreticis oppofita. Qui Ecclefiã sint perfecuti. Qui conftanter martyria fuftinuerint.

Quintò In ftatu controverfiæ: ut & in Negativa a feribatur dogmatis vel Erroris caufã fei occafio: per quos defenfus, quando, quo fuffeffu. In his ferie atatum obfervari poteft.

In illi Doctrina celeftiu capitibus, que controverfa non funt, fufficit recta ftatus formatio, feu plana quæftionis propositio, & ejus confirmatio. Quæ fit dictis, Rationibus, Autoritatibus Veterum, Recentium, Orthodoxorum, & quandoq; à varietate in aliis afectionibus deflecentium. Huc pertinent afferta: Deus eft Effentia fpiritualis. In initio ex nihilo DEUS creavit cœlum & terram, & fimilia.

In locũ Præcticũ. qui funt vel Confolatorii, vel fvaforii & Adhortatorii, vel Diffuaforii & Dehortatorii, fingula confirmentur:

1. Scripturæ dictis.
2. Exemplis Sacris, quandoq; & prophanis.
3. Similibus, quo & refero typos.
4. Contrariis.
5. Antoritibus, interdum etiam prophanorum.

Exempli gratia huc pertinent:

In adverfis ne depondeas animum,

Stude Charitati

Abftine à mendacio, furto. &c.

Affirmati- va, seu or- thodoxa fententia.	Affirmati- væ proba- tio.	Negativa vel Hete- rodoxa o- pinio	Negativa probatio.	N
Status for- metur.	per 1. Dicta.	Idem hic observe- tur, quod	Dicta.	C
Termini explicen- tur.	2 Rationes & dictis	in Affir- mativâ in- dicatum.	Rationes.	Ra
Hic ho- monymia synono- mia, Ety- mologia.	3. Ex fidei analogia.			
Autorum nomina addantur apud quos quæ notas legeris.	4. Autori- tates & eis Concilia.		Autorita- tes.	Au
	Patres.			
	Nostri.			
	Adverfa- rii.			

His subjiçiantur Axiomata, Regula, distinctio
capite usus.

Nota ad typum quem hic habes; Primò
compingicures librum chartaceum, in quo cui
singulas assignes paginas. Nam una controver-
tera, & ex singulis sex illis, quæ in typo præcedenti n-
num altero prolixius, & plus spatii requirit. Vel
que paginam in sex columnas, ut in typo videre est, d-
columna aut altera id non recipit, quod in ea notari
num erum paginae alicujus novæ, ad quam te ipsum
pa & 1^{na} frontispicio asseribatur numerus paginae, q
hæc debent addi.

the scale towards document